



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Edmundo Campiani Societatis Iesv, Martyris In Anglia, Epistola, Ad
Richardum Chenevm, Episcopvm Glocestrensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



EDMUNDI CAMPIANI
SOCIETATIS IESV, MAR-
TYRIS IN ANGLIA, EPI-
STOLA,

AD

RICHARDVM CHENEVM
EPISCOPVM GLOCESTRENSEM

AD LECTOREM.

EPISTOLIS ALCVINI BRITAN-
NI adiungimus alterius Britanni
Epistolam; Campiani, inquam,
qui Christo amorem & fidem se
guine fuso asserere voluit. Mihi, ut hanc
Etus sum, semper in thesauris fuit. Qua-
re quod pretiosissimum habui,
communico.



ORN

ORNATISSIMO VI
RO RICHARDO CHENEO,
EPISCOPO GLOCESTRENSI
EDMUNDVS CAMPIANVS
S. D.

NON me nunc, vt olim, iuuenilis impetus, nec styli facultatula, nec officiosa quædam scribendi sedulitas ad scribendum impulit. Olim vis animi, maior nunc necessitas extorsit hanc epistolam. nimium iam diu seruitum est auribus, tempori, spebus, gloriæ; tandem aliquando saluti seruiat & subministret oratio. Per ego te naturæ bonitatem tuæ, per meas lachrymas, per ipsum Christi confossum pectus, & patibuli cõfixi vulnera obtestor, diligenter attendito. nullum de te nec finem nec modum facio cogitandi, nec vnquã ferè cogito, quin me vehementer pudeat, & illud è psalmo repetam, taciteq; precer: Ab alienis Domine parce seruo tuo, quid admisi: Scriptum est, scilicet, Videbas furem, & currebas cum eo: & alibi: Laudatur peccator in desideriis suis, & impius benedicatur. toties Glocestriæ tecum, toties in secreto cubiculo, tot horas in penetralibus tuis, & intima bibliotheca sui, vbi, seclusis arbitris, hoc negotium agere potuissem, & non feci; quodq; turpius est, assentando & conniuendo ad morbum faculas admoui. & licet fucosa dignitatis imagine, opibus, ætate, literis anteibas, nec tibi à me curatio animæ, aut spirituale pabulum debebatur: tamen cùm esses ea facillite suauitateq; morum, vt me adolescentem senex in

Q₃

fami-

familiare colloquiū frequēter exciperes, quiduis dicenti
 euitatem & silentiū præstares, querelas apud me tuas, ce-
 torum in te calumnias hæreticorum, deponeres, paten-
 demum hortarere, vt via regia planus & erectus incedas
 vt ecclesia, conciliorum, patrum vestigiis insisterem, his
 conspirantibus nulla in te falsitatis labeculam aspergi pu-
 crederem: valdè mihi succenseo, qui pulcherrimam ha-
 ansam ædificandæ fidei, vel nefario pudore, vel scelerata
 negligentia præterirem, qui paululum modò distantem
 regno Dei non accenderem confidenter, sed aura fauoris
 & gloriæ tuæ potiùs vmbrailem existimationem honorem
 mei, quàm sempiternū bonū promouerem. Ceterum quod
 tum quod erat, sublatum est, vt præsentem præsens com-
 rer inflectere: proximum est, ad absentem vox mea pro-
 ciscatur, testis obseruantia, sollicitudinis, anxietatis meae
 quam ille scit, apud quem quotidiana pro salute tua vovetur.
 Audi obsecro, audi paucis. Annos plus minus sexaginta
 tus es, incerta valetudine, debilitato corpore, hæreticorum
 odium, Catholicorum pudor, vulgi fabula, tuorum luctu
 inimicorum ludibrium, pugnante conscientia falsum no-
 mē vsurpas Episcopi, pestiferam sectam, quam non probas
 tacendo publicas, percussus anathemate, regisus à corpore
 in quod solum Christus influit, exutus omnium suffragio-
 rum, sacrificiorum, sacramentorum beneficio. Quis videret
 re? quid expectas? quæ tua vita est? ecquam in eo tibi
 spem restare putas, quod hæretici implacabili odio con-
 tris que laceffant? quod ex omnibus hæresiaribus tolerabi-
 lius insanias? quod viuam Christi præsentiam in altari, in
 liberum hominis arbitrium profiteri? quod catholicorum
 neminem in tua diœcesi protriueris? quod hospitis florenti-
 tuorum ciuium, & bonorum hominum? quod palatium &
 prædia, non, vt tui sodales, delumbatis? & quidem iuuabit
 ista,

ista, si redieris ad complexum Ecclesiæ, si cum domesticis fidei vel minimum quicquam patiare, vel salubriter medicare. nunc autem dum foris es, dum hostis es, dum nequissimus transfuga sub alieno duce militas, frustra studes incrementis virtutum innumera flagitia piare. nec aliud consequere, nisi vt cruciatibus æternis paulò fortasè minus horribiliter mactère, quàm ludas, aut Lutherus, aut Zuin- gl^o, aut illi ipsi Cooperus, Humfredus, Sampsonus antago- nistæ tui. Quid interest, quæso, ad mortis genus? ad mor- tem verò ipsam nihil interest, altanè rupe quispiam præci- pitetur in mare, an de ripa mittatur in profluentem; ferro- nè quis intereat, an laqueo; coitus in eculeo, an iaculo trans- uerberatus; gladio dissectus, an securi; lapidibus obtusus, an fustibus; igni tostus, an aqua bulliente coctus. Quorsum atinet pro multis fidei capitibus dimicare, & in paucis pe- rire vacillantem? cauere naufragium, vt pugionibus iugu- lere? declinare pestem, vt inedia contabescas? vitare flam- mulas, vt fumo suffocère? nullum fidei credit articulum, qui vnum aut alterum recusat credere. Nam simul ac pertinaciter transiit limites Ecclesiæ, quæ est columna & firmamentum veritatis, cui Christus Iesus, summa, prima, simplicissima veritas, fons, lux, dux, linea, norma fide- lium instillat omnia. Quantumcunq; retinet catholicorum dogmatum, tamen si quod vnum perniciosè vellicat, cæ- tera quæ assentit, non iam orthodoxa fide, sine qua est impossibile placere Deo, sed suo ingenio, sua persuasio- ne retinet. otiosè catholicorum religionem tueris, si, quæ libitū est, ea sola exosculère; alia, quæ tibi nō videntur, am- putes. Vna, sincera, nota est via, non meis tuisque cæcellis, non priuato iudicio, sed humilitatis & obsequij seueris legi- b^o terminata; à qua cū deflexeris, exorbitasti. intus oportet

sis

REGAN
SII
um, um,
SIV
24

sis in domo Dei totus, intra salutis parietes tutus ac saluus
 ab iniuria, si paululum modò vagère & spatium, si pedem
 vel manicam è nauicula prominentem negligas, si vultum
 vel minimam in hoc nauigio pugnam dederis; exturbaberis
 re, occlusa est porta, exundat oceanus, periisti. Quis
 cum (inquit Saluator) non colligit, spargit: idq; exponit
 Hieronymus, qui Christi non est, Antichristi est, non
 tam stupidus, vt Sacramentorum hæresim confectam
 non tam demens, vt omniâ Lutheranae factionis affectibus
 esse, quæ nunc œcumenicis conciliis (quibus tute fidei
 dum existimas) dānantur Constantienti & Tridentina
 tamen hæres in luto phantasmatis tui, scilicet vt cornu
 oculos configere videreris, vt fraterculis tuis arbiter se
 res honorarius. Memineris responsum, quod mihi
 ipsi seriò sancte q; protuleris, tum cum ante triennium
 ædibus clarissimi viri Thomæ Duttoni conuenissent
 pransuri Shyrburniæ. Incidimus in D. Cyprianum. Quis
 tibi, vt tua sensa melius expiscarer, Synodum illam Car
 thaginensem, quæ circa baptismum puerorū lapsa est. Tu
 xisti id, quod res erat, non vni prouinciæ, sed Ecclesiæ
 ritum sanctum adpromitti: eam vniuersam in pleno Con
 cilio repræsentari: ostendi non posse doctrinam vllam, quæ
 tale Concilium fefellerit. Recognosce tua tela, quibus
 Eucharistiæ mysterio debellas aduersarium, Clamas
 brem Christianum, cætu Episcoporum custodes deperdit
 hoc est, fidei antiquæ; hos vt interpretes Scripturæ com
 mendas populo; latruncolorum quorundam figmentum
 impudens iure optimo rides & eleuas. nunc quid dicis
 tibi celeberrimos patres & patriarchas, & Apostolicos
 nouissimè coactos Tridenti, qui pro veterum patrum
 communicatis operis, decertarunt; Legatos, Præsules, Car
 dinales, Episcopos, Oratores, Doctores plurimarum
 tu

tium, ætate maturos, rara sapientia, dignitate principes, eruditione mirabiles; vndiq; circumfluentes Italos, Gallos, Hispanos, Lusitanos, Græcos, Polonos, Hungaros, Flandros, Illyricos, multos ex Germania, aliquot ex Hybernia, Croauia, Morauia, ex Anglia quoq; non neminem. Hi te, quamdiu sic viuis, vt nunc viuis, feriunt, explodunt, eliminant, execrantur. Quid causæ adfers, maximè cum tuis collegis bellū indixeris, cur non te totum citra exceptiones in horum præfulum disciplinam submissè dedas? vidiſtin' aliquid in cœna Domini, quod isti non viderint, excuſſerint, dissoluerint? audeſne teipsum vel centesima parte cum infimis huius Concilij Theologis exæquare? non diffido prudentiæ, nec modestiæ tuæ, non audes. victus es ergo tuis iudicibus, numero, valore, pondere, grauissimo totius orbis terrarum, & maximo testimonio. Redi, redi ad cor (miserabilis senex) restitue mihi veterem nitorem & egregias dotes tuas hæten' sopitas in cœno turpitudinum. Da te parenti tuæ, quæ te Christo peperit, aluit, consecrauit. agnosce parricidium; sit erranti medicina confessio. alterum (quod aiunt) in cymba pedem habes, fortassè statim, breuissimè sine dubio rapiendus è vita, sistendus ad tribunal illud, auditorus, Redde rationè villicationis tuæ. quam nisi celeriter & accuratè cum aduersario peccati viator iniueris, ad vltimum quadrantem exactus de vita infelix agitabere ab eo, cui soluendo nunquam fueris. tum illæ manus, quæ spuris ordinibus tot misellos iuuenes initiarunt, sulphureum corpus præ dolore pungent & terebrabunt: illud os impurum, periuriis & schismate delibutum, ignibus ac vermibus & spiritu procellarum opplebitur: illa tuæ carnis ambitiosa pompa, Cella Pontificia, prouentus annui, spatiosa domus, honorifica salutatio, famulorum cohors, apparatus elegans, rerum affluentia, quibus te stul-

R

ta.

REGANJ
SII
um, um,
SIV
24

ta plebecula beatum aestimat, in horribiles fletus, in stultitiam dentium, in foetorem, squallorem, foeditatem, carceres vertentur. ibi te Caluini manes & Zvinglij, quibus nunc luctare, perpetuo affligent, cum Arrio, Sabellio, Nestorio, VViclefo, Luthero: denique cum diabolo & angelis tenebrarum supplicia dependes, blasphemias erudabaris. Parce tibi, vitę tuę, dolori meo. licet fracta nauis, proiecitur mercibus, tamen accipe tabulam pœnitentię, adnata quam tuum poteris, & vel nudus ad Ecclesię portum applica. Christus, ne dubites, pœseruabit manus, accurret, dabit osculum, vestiet stola candida; Cælites triumphabunt. de vita tua cura est. ille curabit, qui dat iumentis escam ipsorum & coruorum pullis inuocantibus eum. tu si nostrum exitum degustasses, si conscientiam repurgasses, si viuendum potestatis exemplar oculis & animo lustrauisses, quod hinc in Episcopis, presbyteris, religiosis fratribus, pœpositis Academicis, proceribus Regionum, laicis omnium ætatum, ordinum sexuum resplendet; credo reliquam temporis vsuram per lacrimas & fletibus imbuendam sexcentis Britannis commutares. Sin autem, quę tuę rationes sunt, sic impeditur, vt liberę, quod velis euolare non queas: animum saltem grauissimis catenis eripito, corpori quiduis impera, modo te sua mole premat, & infra omnes mandet exilio. vbi cum remanseris, aut quocunque diuerteris; nouit Deus, qui suadet eius, & propere est omnibus inuocantibus eum in veritate. Da veniam (senex ornatissime) iustissimis aculeis, & ad dolori meo. liceat odisse mortiferam plagam; liceat insignis viri, charique capitis quolibet vel acerbo pharmaco periculum pœsentissimum redimere & propellere. iam quod speraturum, si CHRISTVS annuet, si tute non refugeris, tunc exspecto quam te diligo. Diligo vt natura, literis, vrbaneitate, moribus pœstantissimum, & mihi multis tuis m...

tis officiis que coniunctissimum. Si conualueris, beasti me: si contempseris, testor chirographum hoc. DEVS iudicet inter me & te: sanguis tuus super temeripsum. Vale.



SALVTIS TVÆ STVDIOSISSIMVS
EDMUNDVS CAMPIANVS.



R 2 AD

EDMUNDVS
SII
OMG 1111
SIV
24